Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



137

Videbimus quomodo & isti camelli quibus
diuites conparantur. Cum deposuerint
grauem sarcinam peccatorum cum totius corpo
ris grauitate. intrare possint panguistam
& arctam uiam quae ducit ad uitam. Interrogan
tibus autem discipulis & admirantib; austeri
tatem dicti quis ergo saluus fiet. Clementia sua
seueritatem sententiae temperauit dicens.
Quae apud homines impossibilia. apud dm
possibilia sunt. Tunc respondens petrus dixit.
Ecce nos relinquimus omnia & secuti sumus
te. quid ergo erit nobis. Grandis fiducia
petrus piscator erat diues non fuerat. cibus
manu & arte querebat. Et tamen loquitur
confitenter relinquimus omnia. & quia
non sufficit tantum relinquere iungit quod
perfectum. e. & secuti sumus te. fecimus
quod iussisti quid igitur nobis dabis premii.
Ihs autem dixit illis. amen dico uobis quod
uos qui secuti estis me In regeneratione
cum sederit filius hominis in sede maiestatis